



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

CIII [i. e. CIV]. Vnctio infirmorum an sit proprié dictum Sacramentum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

A D II. Nil hīc constat de condonata satisfactione: nisi exemptam à lapidatione suisce. Dein, factū Autoritatiꝫ potestatis non conferendum est facto potestatis ordinariꝫ.

A D III. Id ostendisse nil ad rem facit. Nam fatemur determinationē satisfactionum quoad tempus, modū &c. At tamen Dauidi Deus 2. Reg. 24. remisso peccato dictauit septennalem poenam, aliam trimestrem, triduanam alia. Item Nabuchi poena septennis erat. Deut. 24. Promensura delicti erat & plagarum modus. Apoc. 18. Quantum se glorificauit & in deliciis fuit: tantum date ei tormentum & lucidū. En differentes poenas.

A D IV. Christiani de Satisfactione doctrinam habent ex S. Scriptura, non ab ethnicis. Nec causa exempli, sed mandati, ac promissi præstari docetur: idque sponte, s̄pē occulte: vt Achab, 3. Reg. 21. Ioram, 4. Reg. 6.

A D V. Solum memorat immissas à Deo afflictiones necessariò ferendas: quę et si possint esse satisfactoriæ: has tamen eas propriè dicimus, quę sponte assumuntur, aut à iudice spirituali imponuntur.

A D VI. Satisfactiones obscurare legem, repugnat S. Scripturę. Nam. Mat. 19. *Hac omnia, mandata, seruani à iuuentute,* dicenti, offert Dominus Consilium, *Vede quae habes. &c. & sequereme.* Ergo plus valet præstare Christianus quam præceptum sit, cum De gratia. Alia duo, Obscurari Euangeliū, Amplificari Traditiones: falsa sunt & conficta. Itaque opera satisfactoria dicuntur indebita, id est, quę indebita essent, si in innocentia mancremus.

A D VII. At ea afferit S. Aug. hom.

50.c.15 Non sufficit mores in melius committare, & à factis malis recedere: nisi etiam de iū, quę facta sunt, satisfiat Deo per penitentie dolorem. &c. cooperantibus elemosynis.

A D VIII. Ita omnis S. Patrum docuit consentiens Antiquitas.

X. DE EXTREMA VNCCTIONE, & ORDINE,

QVÆSTIO CIV.

Vnctio infirmorum an s̄t propriè dictum Sacramentum teste S. Scriptura?

LUTHERUS lib. Capt. Babyl. non reicit Ritum; sed lega esse Sacramentum.

CALVINUS Inst. l. 4. c. 19 § 18. 9. &c. Kemnit. Melanct. Brentius, Magdeburgensis, &c negant esse Sacramentum: & petulanter irritant: cum priscis hæresiarchis. Vide Genealog. p. 3. q. 21

SVADENT refutatione culis nostræ probatio- nis. 1. Lutherus, Kemnit. Epistola Iacobii non est canonica, teste Hieron. lib. de Scrip. Eccl. s. Euseb. l. 3 hist. c. 23.

2. Lutherus. Si esset Iacobii dicerem, non licere Apostolo suā autoritate Sacramentum instituere.

3. Lutherus, Wickeff, Melanchthon, Brentius, Calvinus &c. Ea erat vncctio, quę morbos miraculosè curabant: Wickeff. ait, naturaliter: Melanchthon, partim naturaliter, partim miraculosè. Ideo non magis fuit Sacramentum, quam Probatika, lutum cum sputo, aqua Siloë. 1. Quia Iacobus loquitur ex Marco qui de vncctione curationis, non miraculo loquitur. 2. Quia Iacobus virutis vocibus corporalis sanationis ēyeōw, i. dōqas. 3. Iacobus loquitur s̄lum ad homines suæ etatis, nullo perpetuationis judicio.

IV.



IV. *Lutherus, calvinus, &c.* Alius tunc fuit, alius nunc vngendi ritus est. 1. Tūc quicunq; iubentur inungi; nunc moribundi. 2. Se-niores aduocabantur: nunc vnus Sacerdos. 3. Tunc olei simplicis vsus erat; nunc benedicti.

V. *Iacobus eum effectum tribuit oratio-ni, non Vnctio: Oratio fides saluat cūm.*

VI. *Calvinus.* Siegbeatus prodit hunc Ri-tum ab Innocentio I. institutum: *Kemnitius à Felice IV. anno 528.*

AUTOR. Extrema Vnctio est propriè dictū Sacram. à Christo Institutum: Pro-mulgatū à S. Iac. c. 5. Traditū ab Ecclesia. *Conc. Trid. Seb. 7. c. 1. & Seb. 14. c. 1.* dicit id Mar. 6. esse Insinuarū, id est, adumbratū.

I. Tametsi tentiāt quidam Mar. 6. esse Institutū. Quod Christus omnia Sacram. ante passionem instituerit; idq; nusquā alibi prodatur: Et quod ea Vnctio ani-mas etiā sanarit. Sanior tamē, & potiorū, est lalentia, istud negantū: sed solā la-cobi nitentiū promulgatione. 1. *Quia* Vnctio Marci dabatur promiscuè ægris, coecis, surdis. 2. Ab nondū Sacerdotib;. 3. Referebatur ad solā corporū sanatio-nem de alia nil extat. 4. Dabatur etiam non baptizatis, imò infidelibus. 5. Sanabat ex opere operatis solū. At Vnctio la-cobi dabatur solū ægris ad mortem: 2. Ab solis Sacerdotibus: 3. Ad animas à peccatis liberandas primario: 4. Solis baptizatis: 5. Sanat ex opere operato a-nimas. II. Iacobi c. 5. Omnia ad Sa-cramentū requisita sunt præstō. *Ritus;* Olei vncio; *Promissū,* alleuiatio, & remis-sio: *Institutio* colligitur ex tam indubita-ta Apostoli promissione. &c. Vide *Anti-christum p. 3. q. 41.* III. Sic Traditio & Conciliorum & s. Patrum apud Bell. c. 5.

DICO AD I. Est Canonica, teste omni retrò Antiquitate. Clemens Can.

vlt. Apost. Innocentius I. Gelasius: Cō-cilia, S. Patres. S. Hier. ait, *Quibusdam vitam esse nō canonicam: Sic & Eusebi:* qui addit: *Nos autem scimus eſti in Ecclesiis publice receptam.*

A D II. Non instituit S. Iacobus: Su-perbia verò Lutheri ingens sic audentis resistere Apostolo. Sique scriberet à se institutum; credendum esset factum ex speciali iussu Domini.

A D III. Non loquitur de Naturali curatione: *Quia oleum non est medicina* lead quoquis morbos, vt *Marc. 6.* erat. Nec ad animalium morbos, vt *Iac. 5.* Item miraculosè curātes vrebātur plerūq; no-xiis. Vt Serpente æneo Moyses, Helisæus aquā iordanis, Iaias māsā ex ficias: Domi-nus luto ad oculos. Petrus vmbra, Pau-lus sudariis. &c. Quò certior fides erat miraculo. Quare solū de Sacramētali vnc-tione fit sermo. Vide in Antichristo. 2. S. Iacobi verba potissimū referuntur ad sanationem animæ; ad corporis, per accidens: *Vnde, si in peccatis fueris, remitten-tur ei.* 3. Necesse est Sacramēta perpetua-re: at hoc ad singula verbis exprimi neces-se non est. patet in Baptismi institutione.

A D IV. Vnctio fit, vt remedium su-pernaturale; cū spes vitæ desit, mediūq; naturale. Itaq; extremè laborantes iubet inūgi, *zavvora*, id est, deficientē, qui exire nequeat, aditi debeat ab inductis Pres-byt. Deniq; si iubeat Iacob⁹ omnes inū-gi ægratos; cur Sectarii nullū inungunt? 2 Dicit Presbyteros inducat sicut dicimus, peccator confiteatur Sacerdotib: Quali-tas personarū, non numerus indicatur: 3. Iubet ægros quid agant; non Sacerdo-tes, quale adferant oleum; id quod eorū relinquit officio: Neq; negat oleum pri-us esse benedicendum. Yy 2

A D V. *Oratio fidei* dicitur hic non fides Ministri; sed *Verbum Sacramentale*, quod S. Aug. vocat *Verbum fidei*: Et hoc includit materiam *Vnctionis*, non excludit, ut *Sectarii* volunt: itaque simul *vtrumq; operatur*. Et in aliis *Sacramentis* s^{ap}e tribuitur effectus alteri partium; Ut Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum*.

A D VI. Innocentius I. præcessit *Felicem* plus centum annis: & hic nec gry de Extr. *Vnctione*: Ille ep. 1. c. 8. dicit esse *Sacramentum* teste S. Iacobo: non instituit.

Q VÆ S T I O C V.

An Sacramentum Vnctionis etiam aliunde doceatur?

LUTHERANI & CALVINIANI doceri alicun de *vsquam* posse negant.

SVADENT id istis. 1. Lutherus. *Vnctio non habet effectum infallibilem*: quod paucissimi sanantur. 2. Calvinius. Si *Sacramentum colligatur ex eo*, quod inungebant oleo & sanabant: debet eti^a colligi ex eo quod in *luto* sputo, aqua Silo^c sanauit Dominus. 3. Kemn. *Vnctio ea originem dicit ab hereticis & ethnicis*. Nam Valentianiani, teste Irenaeo l. 1. c. 18. ungebant per modum *Sacramenti*, sine dono *curationis*. Ethnici, teste Virgilio, corpusq; lauant frigentis, id est mortui, & vngunt. *Vnde Apuleius l. 9. de asino aurio* id vocat *ultimo lauacrum*. Similia Dionys. c. 7. de Eccl. hierach. 4. Kemnit. Primum A postoli sanabant oleo vulgari: dein alii benedicto, ut plures Sancti, Martinus. &c. Tandem cum cessassent miracula; ne otiosa maneret ceremonia, Felix IV. voluit vngi infirmos.

RATIO. S. *Vnctionem inde à Christo autore Sacramentum fuisse testatur* Usus tam certus, ut circa eum nulla quæstio facta legatur, nisi anno 402. Egubino Episcopo percunctante ex Innocentio I. an Episcopus dare Extremam *Vnctionem* possit; an solus Sacerdos? Et Mag.

deburg. ex hoc probant cosuetudinem vngendi ægros illo saeculo. In Conc. Niceno distinguitur oleum infirmorum ab oleo Chritmatis, & Catechumenorum.

RATIO suadet esse *Sacramentum*, in Conc. Trid. Seß. 14. Dei prouidentia consuavit ingressui hominum in Ecclesiam; & progressui in ea; & defuisset egressui, in quo summa salutis vertitur.

DICO A D. I. Concilia & Theologi consentiunt, sanitatem corporalem promitti conditionaliter. Si saluti animæ expedierit. A D. II. Deluto, sputo &c. mediis aliis miraculorum sanationū non extat præceptum, ut ea usurpemus: nec promissio gratiæ: nec certus Minister designatus.

A D. III. Hæretici vngebat mortuos, non morituros, Epiph. hær. 37. Item aqua & oleo perfundebant eos loco baptismi. Item vtebantur horribilibus verbis hebraicis. Ethnici verò mortuos & lauabat, & vngebant; ut perinde baptismus per id impugnari possit, ac extr. *Vnctio*. Nec *Vnctionem Christiani* ab ethnicis, sed hi eam ab Hebreis sumerunt. Hin claudatur Magdalena, quod Matt. 26. *Ad sepelendum me fecit*; Ioan. 19. *Sicut mos est Iudeis sepelire*.

A D. IV. Dicit de *vñ* simplicis olei; non docet: idque contra Clement Conf. l. 8. c. 35. Basilius, qui olei benedictionē refert ad Traditionem Apostolicam. Itemque Beda in Iac. 5. Cætera similiter fingit Kemnitius.

Q VÆ S T I O C VI.

An Ordinatio sit vere & propriæ Sacramentum?

LUTHERVS, lib. de Capt. Babyl. Illyricus in Conf. Annerp. c. 11. Kemnit. p. 2. Exam. pag. 1162. Negant. Cal-